

## H I S T O R I A I V .

IV. Idem GAVDOTVS mihi retulit se à matre sua aliquoties audiuisse recitare hanc historiā quę contigit à Verzel, locus in Burgūdia, quod cum quidā pro mortuo in Ecclesiā iā appor-  
tus, aliquādiu ibi, sicut fieri solet, antequā inhau-  
mebatur in feretro fuerit, aliquis ex parentib.  
aquat̄ benedictam in faciem, quę non obte-  
erat, inspersit, ipse expauescens oculos aperuit,  
inde dominum relatus, mox ad se relictus, ac  
deinceps circiter octo annos superuixit.

## H I S T O R I A V .

V. Aliam similem historiam fertur contigisse  
ante aliquot annos in hoc Comitatu, de D. LA-  
COBO VAVRA tūm temporis Castellano Bu-  
driacensi, qui quoniam aliquandiū Cardialgis  
laborauit, aduocārunt Medicum Friburgēsem,  
at interim ægrotus paulò ante ipsius aduētum  
in syncopem incidit, & cùm Medicus appule-  
rit, proximi eius accurrunt dicentes, quòd è vi-  
uis discesserit, & mox tumulo mandandus, ipse  
nihil aliud respondit, nisi siquidē adsit, vt cor-  
pus ei ostendatur, antequām in sepulchrum in-  
feratur, id quod factum, & cùm penitus mor-  
tuum esse, itaq; parum pulueris piperis petitis  
& illum in nares inflauit, de quo sternutatio  
excitata, conualuit, & postmodum feliciter ad-  
huc diū suo officio functus.

Et haec tenus de Historiis eorum, qui  
è viuis resurrexerunt, & diu superuixerunt:  
pos-